



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

13. Qvo Cibo Sexta Feria reficere oportet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

autem, videlicet armigeri & clientes, uno contenti, cum gratiarum actione permaneant.

**QUALITER MANDUCARE MI-** it.  
*lites debeant.*

Duos & duos manducare generaliter oportet, ut sollerter unus de altero prouideat, ne asperitas vitæ, vel furtiuia abstinentia in omni prandio intermisceatur. Hoc autem iustè iudicamus, vt unusquisque milles aut frater æqualem & æquipollentem vini mensuram per se solus habeat.

**VT ALIIS DIEBUS DVO AVT** 12.  
*tria leguminum fercula sufficiant.*

Aliis nam diebus, videlicet secunda & quarta feria, nec non & Sabbato duo aut tria leguminum vel aliorum ciborum fercula, aut vt ita dicam, cocta pulmentaria, omnibus sufficere credimus: & ita teneri iubemus, vt, forte qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur.

**QVO CIBO SEXTA FERIA** 13.  
*reficere oportet.*

Sexta autem feria cibum quadragesimalem ob reuerétiam Passionis omni congregatiōni, remota infirmorum imbecillitate, semel sufficere à festo omnium Sanctorum usque in Pascha, nisi Natalis dies

D 3 Domi-

Domini , ve' festum S. Mariæ aut Apostolorum euenerit, collaudamus . Alio verò tempore, nisi generale iejunium euenerit, bis reficiantur.

**14. POST REFECTIONEM SEMPER**  
*per gratias referant.*

Post prandium verò & cœnam semper in Ecclesia, si propè est, vel si ita non est, in eodem loco , summo procuratori nostro, qui est Christus, gratias, ut decet, cum humiliato cordere ferre inenodabiliter præcipimus: famulis aut pauperibus fragmента, panibus tamen integris reseruatis, distribuere fraterna charitate debent & iubentur.

**15. UT DECIMVS PANIS SEMPER**  
*Eleemosynario detur.*

Licet paupertatis præmium , quod est regnum cœlorum , pauperibus procul dubio debeat ; vobis tamen quos Christiana fides de illis indubitanter fatetur , decimum totius panis quotidie eleemosynario vèstro dare iubemus.

**16. UT COLLATIO SIT IN ARBITRIO Magistri.**

Cùm verò sol orientalem regionem deferit , & ad Ibernam descendit , auditio signo , vt est eiusdem regionis consuetudo, omnes ad Cöpletas oportet incedere vos, ac prius